Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



39.

os Deum, in manu Domini Patriarchæ (Jerosolymita-
) in castitate et obedientia et sine proprio velle per-
petuo vivere professi sunt. Inter quos primi et pre-
cipui fuere viri venerabiles Hugo de Paganis, et
Galfredus de sancto Alomaro. — Prima autem
eorum professio, quodque eis a Domino Patriarcha,
et religiosis Episcopis in remissionem peccatorum suo-
rum injunctum est, ut vias et itinera, maxime ad
salutem peregrinorum, contra latronum, et incur-
rentium insidias, pro viribus conservarent. Ste-
phanus autem igitur Patriarcha ad Honorium Papam eos
misit, ut Regulam vivendi peterent. Honorius
consilio Trecensi, Concilium Bernardo Abbati Cla-
ravallensi negotium commiserunt. Regula a Bern-
ardo scripta, 72 capitibus comprehensa, a Templa-
riis accepta et observata, ab Hub. Miræo ex an-
tiquissimo codice Parisiensi typis vulgata est. Vid. etiam Baronius ad an. 1127. §6 et sqq.

52) Bernardus Bonavallensis in vita S. Bernardi,
c. 1.

53) Bernardus Bonavallensis ibidem: Hunc
quoque Regem (Angliæ Henricum) venerabilis Ab-
bas adeum promissis adduxit: quem vix
persuasit Innocentium recipere, ab Episcopis Angliæ
penitus diffugatum.

54) Idem auctor ibidem.

55) Exordium magnum dist. 1, c. 29.

56) Idem Exordium dist. 1, c. 27.

57) Idem dist. 1, c. 25.

58) Idem dist. 1, c. 23.

59) Idem dist. 1, c. 24. Item liber visionum
fratrum ordinis Cister. manuscript. sæc. XIII, tit. de
B. Stephano: Sancte recordationis Stephanus quon-
dam Cisterciensis Abbas, et ejusdem ordinis precipuus inci-
pitor, vir conspicue sanctitatis, omnimoque virtu-
tum gratia decoratus apparuit. Hic Beatum Bern-
ardum monachum fecit. Qui dum adhuc in Cisterciis
novitius esset, solitus erat diebus singulis etc.